Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



95

senarius numerus. Insex enim diebus factus est iste uisibilis mundus. Duo igitur ordines habentur in hoc mundo. id est duo populi qui fidem patris ac filii in una ecclesia tamquam in una mensa munda custodiunt. Et sup ponetis inquit sup positionem thus mundum. Thuris species. forma tenae orationum. Oportet igitur panibus fidei orationum uigilantia. puritatemque eiungere. Pura autem oratio est sicut apls dicit. Leuantes puras manus sine ira et disceptatione. simul et odore suauitatis impleri facit illud quod scriptum est. dirigatur oratio mea. sicut incensum in conspectu tuo. Siquis igitur orationes quae offerat domino tam habeat munda conscientia abopibus malis. hic thus quod uidetur panibus supponere. si non ponit thus mundum. Nam si omne thus mundum erit. non utique addidissae scriptura thus mundum sup panum ppositionis ponendum ante dnm. Hec enim putes quod omps ds hoc mandabat. et hoc lege sanctiebat ut thus ei et arabia deferret. si hoc thus quod ds abhominibus sibi querit offerri. et quo capit odorem suauitatis orationes et corde puro et conscientia bona. in quibus uere ds suscipit fragantia suauitatis. Et erunt inquit panes in commemoratione ppositio ante dnm. in die sabbatorum ponetis ea. Si non dum manifestum erit quia panes isti uerbum dei et ex his ne sermonibus confirmare possumus. Quid est enim quod nos commemorationem dei faciat. quid est quod nos admemoria iusticie et totius boni reuocet in uerbum dei. Ideo igitur dicit. quia erunt in commemorationem positi ante dnm. Addidit et in die sabbatorum. id est in requie animarum. Et que maior fideli anime requies quam memoria dei. quam in conspectu dni uersari. quam in fide patris ac filii pmanere. quam orationes domino tamquam odorem suaui